

Modus Religiose Confitendi.

Penitens iuxta ritum ordinis pone Confessionale super articulos manuum in genua, procumbens à Confessario interrogatur: quid dicitis? Respondet ille: Meam culpam, Confessarius rursus: Surgite, tum surgens penitens genuflectit super scabello Confessionalis, aut altarioli, et dicit: Benedicite Reverende Pater. Et dum accipit Benedictionem signat se sancta cruce et incipiat recitare confessionem generalem: Confiteor Deo omnipotenti Beatae Mariae semper Virgini, omnibus sanctis, et tibi Pater, quia peccavi nimis cogitatione, verbo, et opere, ab ultima mea confessione, quam feci hanc vel illa die. Dein accusat se de peccatis.

Nb: quando confessio fit in loco publico vel apud personam, qua non est ordinis nostri omittitur illa, preliminaris, prostratio.

Sequitur Formula exprimendi peccata in Confessione ordinaria.

Mani exasperatus non semper mentem meam statim ad Deum elevari, subindeq; preces matutinas distractus perficere. Tremendum supra sacrificium celebrari, sed non cum sufficiente devotione, cum distractionibus, non quidem voluntariis, et nonnunquam quoddam levis errores accidentales commisi. Eiusmodi errores, praesertim si sint notabiles exprimantur In susceptione huius vel illius sacramenti talem, vel talem defectum commisi. exprimatur. aut ea non cum sufficiente devotione suscipi. In administratione huius vel illius sacramenti talem, vel talem